AUGUSTINUS. ISIDORUS HISPALENSIS
Göttweig (?), 12. Jh.
Seite 42r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ostende faciem tuam & saluemus. Nam quaqua uersum
se uerterit anima hominis. ad dolores fugit. alibi prae
quam inte. tam & si figit. in pulchris extra. & extra se.
Quae tamen nulla essent ni essent abste. quae oriuntur & occi
dunt. & oriendo quasi esse incipiunt. & crescunt ut per
ficiantur. & perfecta se nesciunt & intereunt. & ni omnia
senescunt & omnia intereunt. Ergo cum oriuntur & ten
dunt esse. quo magis celeriter crescunt ut sint. eo magis
festinant ut non sint. Sic est modus eorum. tantum dedisti
eis. quia partes sunt rerum quae non sunt omnes simul. sed
decedendo ac succedendo agunt omnes unuersum
cuius partes sunt. Ecce sic pagit & sermo nr. psigna sonan
tia. Non enim erit totus sermo si unum uerbum non de
cedat. cum sonuerit partes suas ut succedat aliud. Lau
det te exillis anima mea ds omnium. sin meis infigat
glutino amoris per sensus corporis. Eunt enim quo ibant
ut non sint. & scindunt ea desiderius pestilentiosis.
quo ipsa et uult & requiescere amat in meis quae amat.
in illis autem non est ubi quia non stant fugiunt. Et quis ea
sequitur sensu carnis. aut quis ea comprehendit vel cum
psto s. Tardus est enim sensus carnis quo sensus carnis est
& ipse est modus ei. Sufficit ad aliud adqd factus est
ad illud autem non sufficit ut teneat transcurrentia ab
initio debito usq. ad finem debitum. In uerbo enim tuo
pqd erant ibi audiunt. Hinc & huc usq. Noli esse ua
na anima mea & obsurdescere in aure cordis tui
multum uanitatis tuae. audi & tu. Verbum ipsum cla
mat ut redeas. & ibi est locus quietis inperturbabilis.
ubi ni deserit amor si ipse non deserat. Ecce illa non